



Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt XIX [i. e. XXIX].

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

VIcerat æquoreā pedibus plebs inclyta vallē
 Gurgitis & vacui cōuexavolumia linquēs,
 Et barathri emensi superas ascenderat oras,
 Crudeli effertur nigri dux agminis ira,
 Ignarusq; suæ quæ iam iam est proximæ mortis
 Accelerare suos iubet, atq; intrare profundum.
 Arripiunt pariter reserati concava ponti:
 Inuaduntq; viam. Quid nō furor audeat amens?
 Hinc equitum pars agmen agit: pars inde citatis
 Ire iubet stimulis rapidas super arua quadrigas.
 At mediū ut venit frendens equitatus in echor,
 Fulminat absentes, fugientesq; increpat illos.
 Accusatq; moras tam laxi gurgitis ardens
 Ira virum: iam vicini male gnara perscli.
 Tum per sublimem pendenti nube columnam
 De cœlo vox missa tonat, verbiq; superni
 Ad Mosen verbis interpres talibus infit.
 Venit iam tempus, mea quum mādata probētur:
 Aegypto iam finis erit, iam clade suprema
 Tot castigatam vicibus diuina Canopum
 Afficiet: cum rege suo sententia: iam iam
 Sentiat Aegyptus sapiens vel morte suprema,

i 2 Quam

Quàm nihil inuitis proſit contendere diuīs.
Tu modo diuīſum vírga iam percutē fluctūm;
Atq̄e reducta ſuos assumant æqua rora vultus.

C A P V T XXX.

Ille genu flexo ſiccati marginis oras
Et vacuum littus iussis accedere lymphis
Percutit, insigni credens mysteria ligno.
Hinc ſubitus crepitare fragor; tonat vndiq̄e círcū
Lympha ruens, pŕimumq̄ illic cōmittitur vnda
Pharaonis et exercitus sub mersio. Quo monſtrabat iter Phario mors vltima regi.
Exodi. 14. Postquā clauſa vía eſt, fluctusq̄ rebellat eunti:
Poenitet intrati iam gurgitis; & fuga ſerum
Molitur reditum: trepidæ dant terga cohortes.
Armaq̄e proiiciunt: pontus fugientibus inſtat,
Occurritq̄ sequens: perit vndiq̄e circuniectus
Decurrentis aquæ laxatis murus habenis.
Ille ferocx ſemper mitis iam morte ſub ipſa
Non hæc humanis agitur victoria bellis,
Expugnamur, ait, cœloq̄ euertimur hoste.
Effuge ſi liceat, victusq̄ euade ſatelles:
Nec iam tela Deo conatibus ingere caſſis.
O ſi compunctas humana ſuperbia mentes
Ante obitum mutare, nec expectare ſuprema
Fata